

Der Liebesbrief

Euryalus hat sich in die verheiratete Lucretia verliebt. In einem Brief gesteht Lucretia, dass auch sie sich zu Euryalus hingezogen fühlt, bittet ihn jedoch von der Liebe zu ihr Abstand zu nehmen. Euryalus antwortet ebenfalls mit einem Brief. In diesem betont er, dass die Bildung und sprachliche Eleganz, die ihr Brief aufweist, ihn nur noch mehr in Liebe entbrennen lässt.

Non tacuit Euryalus^a his litteris acceptis, sed calamum¹ suscepit atque dictavit² epistulam: “Salve, mea anima, Lucretia^b, quae me tuis litteris salvum³ facis. Venit in manus meas epistula tua clausa et tua gemma⁴ signata. Hanc et legi saepe et osculatus sum saepius.

Sed haec epistula suadet aliud quam tuus animus⁵ videtur esse: Rogas me, ut amare

desinam. Sed hoc tam ornate culteque scribis, ut ingenium tuum magis mirari et

amare debeam quam oblivisci. Quis est ille, qui tunc amare desinat, quando⁶

prudentiorem atque et sapientiozem esse animadvertit amicam? Si meum amorem

minuere volebas, non oportuit⁷ doctrinam⁸ tuam ostendere. Nam hoc non est⁹

incensum ignem extinguere, sed maximum ignem ex parva favilla conflare¹⁰. Ego,

dum legi, exarsi magis. Video doctrinam tuam formae tuae praeclarae et honestati

coniunctam esse. Sunt tantum¹¹ verba, quibus rogas, ut amare desistam.

Mea Lucretia^b, mea hera¹², mea salus, meum refugium, suscipe me in gratiam¹³.

Demum rescribe me tibi carum esse. Nihil aliud volo, liceat mihi dicere: servus

Lucretiae^b sum. Vale!”

1 **calamus**, -i m.: Schreibfeder

2 **dictare** 1: *hier* verfassen

3 **salvus/a/um**: *hier* glücklich

4 **gemma**, -ae f.: *hier* Siegel

5 **animus**, -i m.: *hier* Absicht

6 **quando**: wenn

7 **non oportuit**: du hättest nicht dürfen

8 **doctrina**, ae f.: *hier* Bildung

9 **hoc non est**: das bedeutet nicht

10 **conflare** 1: entfachen, schüren

11 **tantum**: bloß. nur

12 **hera**, -ae f.: Herrin, Gebieterin

13 **gratia**, -ae f.: *hier* Gunst, Wohlwollen

(162 Wörter)

Angaben

a **Euryalus**, -i m.: Euryalus

b **Lucretia**, -ae f.: Lucretia